

carens scientia factus est in actionibus, sequens potius affectiones suas, quam iudicium rationis, frequenter impingere in via virtutum, hoc est, peccare; quae verba conveniunt Magistris probabilium, quin non vestigant iuxta capacitatem materiae controversas morales.

78 Recip. haec argumenta, & similia, prout contendunt non licere dare consilium simplicibus, & idiotis iuxta probabilem probabiliori relicta, ex parte nobis approbati, ut constat ex n. 64. ubi diximus Confessarios, & conscientiarum rectores debere consulere iuxta probabilem, vel si consulant iuxta probabilem, debere etiam consilium petenti probabiliorum significare, & ad hanc exhortari, si non magnum sequitur incommodum, quia usus probabilitatum inventus est non ad conscientias relaxandas, sed scrupulos tollendos; dixi autem ex parte a nobis approbati haec, & similia argumenta, quia absolute ac indefinite loquendo, non video, cur non liceat, etiam consulere iuxta probabilem in concursu probabilioris; si enim opinio probabilis est regula sufficienti respectu personae operantis, ut concedit arguens n. 769, cur etiam esse non poterit sufficienti respectu alterius ab eo consilium petentis; aliquid ergo id non licere simpliciter, & absolute loquendo; aliud vero non expedire, hoc secundum utique verum est, ut dixi n. 64, & hoc duntaxat probant motiva Merendae, si bene ponderentur, primum vero nequaquam; nam potest quis consulere etiam iuxta minus probabilem, si non appareat sequi aliud incommodum, quam periculum peccati ex eo, quod consultus operetur iuxta minus probabilem.

Ad primum, itaque prout probat absolute loquendo non licere sequi probabilem etiam restricte loquendo in ordine ad personam operantem extra causam dandi consilium, quia cum probabilitas infimum gradum cautionis obtineat in morali operatione, videtur via latissima, ac proinde inepta, quae dicat ad vitam; dico quod utique hoc sequeretur, si diceremus cum altera extrema sententia n. 44, relata licere in omni casu, & in omni materia sequi minus probabilem, & tutam relicta, probabiliori, & tutiori; at hoc non asserimus, & tutam relicta, quam licet sequi in omni materia dicemus quae, imò nec etiam expedire in casibus non exceptis, in quibus ea uti licere, iam diximus n. 46, ac proinde recte concedimus, hanc non esse viam ordinariam ducendi fideles ad portum salutis, & ea sic uti fatemur perniciosum esse absum, & occasionem praebere humanae fragilitati mores relaxandi.

Ad secundum probat absolute loquendo non esse bonam regulam dare semper consilium iuxta minus probabilem, quia ex hoc minus laxatur via moralis.

Ad tertium patet per idem, & gratis concedo sapienter non operari, qui debuit non adhibuit diligentiam in vestiganda honestate actionis, de qua est controversia, nec sufficienter satisfecit modis advertis, quantum sufficit ad excludendum dubium, cum quo operari non licet, & ad inducendum moralem certitudinem de ejus honestate ex gravi fundamento rationis.

Ad quartum nego assumptum, alioquin neque operari liceret ex opinione probabiliori; cum enim haec quoque ad verum, & salum indifferenter se habeat ex genere suo; si actio, quae ab ipsa proponitur, ut bona, esset in se mala, non posset exacerari sine peccato, quod neque arguens concedat, quia non obstant dictamine probabilioris sententiae, adhuc remaneret in malitia sua actio illa, quae supponitur esse ex natura rei mala; gratis tamen concedo, ut supra dictum est, opinionem probabilem gravius difficultatibus debere satisfacere ejus probabilitatem oppugnantibus.

Ad quintum, patet quid dicendum sit ex animadvertentia circa hoc facta ab initio responsionis, & valde notandum est arguentem hic concedere opinionem minus probabilem esse sufficientem regulam operandi in ordine ad personam operantem extra causam dandi consilium alteri.

Ad sextum, gratis concedo operantem iuxta probabilem fastidire non debere ad operationem, sed non nisi debita adhibita diligentia circa materiam moralem, quantum satis est ad evitandum ignorantiam inculpabilem, ad eam producere.

79 In his itaque patet centum motiva sumpta ab hoc Auctore ex Scripturis intellectis iuxta sensum communem usum probabilitatum, prout a nobis statuitur, minime destruere; nam major eorum pars probat non licere, vel melius non expedire dare consilium simplicibus, & indoctis iuxta probabilem probabiliori, & tutiori relicta, quod nos quoque concedimus, ut constat ex n. 64. vel probant non bene Recipientes hoc uti, tanquam via ordinaria ducendi fideles ad portum salutis; ut Auctor ipse protestatur in Disput. n. 604. quod rursus gratis concedimus; & alioqui ipse quoque concedit opinionem probabilem esse sufficientem regulam operandi respectu ipsius personae sic opinantis, licet dicat non sufficere ad regulandos alios, ut constat n. 769. & 29 y. aliqua etiam probant non licere sequi probabilem, sed nec etiam probabiliorum, quia nec etiam haec sufficit, ut actio alioqui de se a parte rei mala, &

verita, fiat per ejus dictamen licita, & honesta; & alia tandem manifeste militat contra suppositum Disputacionis, in qua contendit non licere sequi opinionem probabiliter significatam actum pro licito in concursu opinionis probabiliter significantis ipsum pro illicito, quatenus nempe probant in eo casu illam opinionem non esse probabilem, quae tamen ex vi Disputacionis supponitur probabilis.

ARTICULUS QUARTUS.

Expenduntur motiva ex Canonum, & Patrum auctoritate, quae urget Merendae contra probabilem.

Merenda in Praefatione ad num. 107. arguit contra usum probabilitatum hoc secundo Recipientem ex doctrina sacrorum Canonum, quam inquit Recipientem ex doctrina sacrorum Canonum, quam inquit Recipientem ex doctrina sacrorum materia advertit, ut magna ex parte inspicio, quod nec eos quidem legerint, etenim ex cap. Juvenal. de Spon. cap. illud. de Cleric. excomm. cap. ad audientiam, & cap. significasti 2. de homicidio, &c. si quis autem de peccat. dist. 7. & alibi frequenter, statuitur in dubiis tutior partem esse eligendam; non igitur licitum est minus probabilem sequi sententiam, Respondentem communiter Recipientes hos textus nullam in proposito facere difficultatem, quia in eis sermo est de dubio, non de opinione, ut patet illis legenti; quamvis autem, quando in dubiis veriamur, tutior pars sit eligenda, quia cum dubio operari non licet; secus tamen dicendum, quando habemus opiniones praedictae pro utraque parte probabiles, tunc enim operari licet alteram sequendo; ratio est, quia ut ait, Sylvestri verbo Opinio in summa, non est in dubio, quod probabilitatis rationibus fluctuat ad unam partem, quandoquidem ex eorum pondere tenet iste certum sibi moraliter; quod sufficit ad prudenter operandum, & abique periculo peccandi, cum in moralibus sufficiat certitudo ex probabilibus secundum Philosophorum i. Ethic.

Hanc responsonem sufficimè reitit Merenda loc. cit. sigillatim illos textus perpendendo, nam in c. ad audientiam proponitur casus de presbytero, qui volens quandam de sua familia corrigere, accidentaliter ipsum vulneravit, & cum a vulnere convalesceret, alia gravi infirmitate percussus mortuus est, undè dubitatum fuit, an occasione vulneris decessisset, & Presbyter in irregularitate incidisset, & Pontifex decisionem proponens ait. Quia verò, utram occasione vulneris decessisset, dubium habetur, vestra discretio dicimus respondendum, quod cum in dubiis sentiamus debeat eligere tutior partem, &c. Dubium huiusmodi utiq; ostendit ex varietate opinionum Medicorum circa hoc interrogatorum, & cum in narratione facti non exponeretur, qualis esset opinio pro irregularitate pugnans, cor summus Pontifex non addidit esse considerandum & inspicendum, ex qua parte adterent Medici minus exliminationis, aut plures numero, sed absolute dixit tutior partem esse eligendam; aliud commodè responderi nequit, nisi quod ex aliorum Medicorum iudicio sic firmata fuerat probabilitas, quod obisset ex vulnere, ut non esset verisimile eam posse destrui; ea autem durante nihil referret, quod alii Medici peritiores aliquid sentirent, in dubiis enim tutior pars est eligenda, dubium autem res habet, donec opinio contraria conservat probabilitatem. Deinde n. 111. considerat textum in c. significasti 12. de homicidio, ubi agitur casus, quod cum quidam maleficus de Ecclesia Eucharistiam cum Altarium ornamentis asportaret, Presbyter quidam solforio instrumento arrepto illum percussit, quem Parochiani Ecclesiae videntes gladiis, & fustibus cum occiderunt, & cum Presbyter dubius esset, an vulnus ab eo inflictum esset ad mortem, à Sede Apostolica postulari, an posset in divinis ministrare, & Sanctus Pontifex respondit, Nos in praemissis casu credimus distinguendum, utrum constare possit, quod praefatus Sacerdos non inflixit percussione lethalem, quod si decesserit non possit, ex cuius iudicio percussus interit, in hoc dubio, tanquam homicida debet haberi Sacerdos; & si forte homicida non sit, & à Sacerdotali officio abstinere debet, cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temere celebrare, pro eo quod in altero non licet, in reliquo magnum timeatur periculum, ex quo sic arguit Merenda; vel adterat ratio probabiles credendi non esse incidendi in irregularitatem: vel non; si secundum, iam erat evidens peccatum celebrantis, nec debebat dicere magnum timeatur periculum, vel magnum committitur facilegium; nec dicere debebat, tutius esse cessare, sed opus esse cessare; si primum, cur ergo dicit eum esse temere celebraturum, si opinio probabiles sufficeret ad operandum sine periculo.

Rursus num. 126. examinat textum in cap. finali de homicidio; casus erat quod cum Crucis hostes castrum invaderent, excurrentibus habitatoribus tam Clericis, quam Laicis, hinc inde quamplurimi occisi extiterunt, undè timentes Clerici, an-

an irregularitatem incurrisset, ad Sedem Apostolicam recurrebant, & S. Pontifex respondit, si de interfectione cuiusquam conscientia remorderet, à ministerio Altaris ablineare reverenter, cum sit consultus in huiusmodi dubio abstinere, quam temere celebrare. Ex quo similliter arguit, quod probabiles opinio non sufficit ad operandum sine periculo; nam si contra irregularitatem nulla extitisset probabiles ratio, Pontifex non debebat dicere, consultus esse abstinere sed necessarium esse abstinere, tum quia consultus comparative dicitur ad id, quod est consultum; cum ergo non obstat probabili opinione contra irregularitatem, consultat, & praecipit esse abstinendum; signum est ex mente Pontificis probabilem non esse eligendam in concursu probabilitatis, qualis erat altera pars pro irregularitate, in occasione illius conflictus; & num. 131. similem facit ponderationem in cap. 5. de Clerico excommunicato. Ex quibus omnibus deducit falsam esse communem responsonem, quod in textibus citatis sermo fit de dubio, & non de opinione quia clarum est Pontifices agere de illis casibus, in quibus pro utraque parte extabat probabiles opinio, & tamen non obstante probabilitate unius, decrevit eligendam esse probabilem, ac tutiorem.

82 Respondeo, ex hoc discursu sequi, quod virtute harum decisionum, nedum non liceret sequi minus probabilem in concursu probabilitatis, sed quod nec etiam liceret sequi probabilem in concursu minus probabiles, quando haec sit tutior probabili; ratio est quia in primo casu v.g. gravis adterat occasio excludendi irregularitatem, re versante in dubio ob contrarias opiniones, quia vulneratus convalesceret à vulnere, & verisimile est, quod pro hac parte starent peritiores Medici, quod scilicet, ex eo vulnere non esset mors illius subsecuta, & consequenter quod haec esset probabilior opinio, & nihilominus non obstante huius partis majori probabilitate, re versante in dubio, Pontifex decernendo favit alteri parti minus probabili, ordinando quod ille Sacerdos abstineret à divinum ministerio ob Sacramentorum reverentiam; & tamen omnes concedunt, etiam ipsemet arguens, licere sequi probabilem in concursu probabiles quando etiam haec est magis tuta; ergo decisiones huiusmodi etiam contra litem militant. Quare dicendum est textibus citatis vera leptomem fieri, quando veriflatur in re dubia, sive dubium strictè sumatur, quando, scilicet, intellectus nulli parti determinatè praebet assensum ex defectu rationis probabiles, & gravis hinc inde, aut quia motiva pro utraque parte sint penitus aequalia, ut intellectus in nullam inclinet, sed maneat suspensus, & anceps, sive latège, hoc est pro materia sic controversa, ut intellectus examinat motiva utriusque partis, licet ex pondere rationum in unam partem inclinet, non adhuc tamen determinatè praebet illi assensum, quia praemittit adhuc gravitate alicuius rationis pro altera parte militantis, ratione cuius iudicium fluctuat, nec opinio, in quam inclinat, pervenit adhuc ad verum statum probabilitatis; & quod dicitur gravitas rationis eam oppugnantis, remanet intra lineam suspicionis potius, quam probabiles opinionibus; etenim cum neutro dubio operari licet, quia operans cum tali hesitatione peccaret contra conscientiam, ad quam requiritur certitudo moralis de bonitate operationis, & ut sit tale iudicium, quod dicat, hic, & nunc hoc nihil licet omni dubitatione seclusa saltem practica, licet aliqua remaneret speculativa; alioquin durante dubio practico, sive strictè, sive largè sumpto tenemur sequi tutiorem partem, & in hoc sensu loquuntur Canonici citati. Quod etiam fatetur num. 89. arguens, undè ait Canones non docere absolute partem tutiorem esse eligendam, sed limitatè, quando, scilicet, veriflatur in dubio, nam per hoc excluduntur illi casus, in quibus cessat causa dubitandi, hoc est, quando habemus certam moraliter honestatem operationis, licet autem dum veriflatur in opinione verè probabili. Vel dicendum, quod licet Canones citati loquerentur in casu, in quo pro utraque parte extabat probabiles opinio, quia tamen casus veriflatur circa materiam Sacramentalem; optimè S. Pontifex indicavit non convenire, ut permittatur Sacramentorum administratio ei, de quo dubium fit, an incidit in irregularitatem, ob reverentiam enim esse debitam, & ex speciali obligatione non licet uti minus probabili relicta probabili, & tutiori, sed in eorum administratione sequi debemus probabiliorem, & tutiorem partem, ut constat quae, ne exponatur periculo efficiendi irritum Sacramentum.

83 Sed infat contra hanc secundam solutionem num. 108. & n. 132. quod non dixit Pontifex viam tutiorem esse eligendam in dubiis spectantibus ad Sacramenta; sed simpliciter dixit in dubiis abique adijuncto restringente regulam ad casum praesentem; idque pronuntiavit, veluti regulam generalem in materiis moralibus; male ergo dicitur, quod decisionè deduxerit, in his casibus ex natura Sacramentorum, quia tunc debet deesse, quod in dubiis circa Sacramenta tutiorem viam eligere debeamus. Respond. gratis concedendo illam ef-

fe regulam generalem in omnibus materiis moralibus, quia in nulla materia licet operari cum dubio extra causam perit de duobus malis: undè ex illa regula generaliter optimè regit S. Pontifex deducere decisionem etiam in his casibus circa Sacramentalia, & hoc est, quod debet prima respectu. Verum cum verba generaliter sint semper intelligenda secundum subiectam materiam, & casus propoliti sunt circa materiam Sacramentalem, negati nequit, quin secunda respectu etiam in praesenti habeat locum; eo vel maxime quia cum materia Sacramentorum sit res valde gravis, & excelsa, ne Sacramentum exponatur periculo nullitatis, dicendum est, regulam illam generalem de sequenda tutiori via in dubiis, magis obligare in materia Sacramentorum, quam in aliis; hac enim praecipue de causa Doctores passim docent, non solum in Sacramentis non licere operari sub dubio, sed nec etiam licere ut opinione probabili relicta parte tuta, ne exponatur Sacramentum periculo nullitatis, de quo quae, seq. & haec responso valet etiam pro aliis textibus ab arguente adductis, in quibus fit sermo de materia Sacramentali.

Secundo principaliter n. 139. proponit textum in c. 2. de secundis nuptiis, in quibus recenentur litterae Lucii Tertii ad universos Christianos in capivitate Saracenorum positos, quibus decidit, quomodo se gerere debeant, qui nuptias contracterunt, nondum habita certitudine mortis conjugis his verbis, Si vero aliquis, vel aliqua de morte prioris conjugis adhuc sit existimatus dubitandum, ei qui sibi nihil debuit non deest postulant, quod a se tamen nullatenus erit exigendum, qualitate uniformem dubitationis non poterit Pontifex imponente, cum ageret de multis huius dubitationis obnoxialis; & verisimile est nonnullos habuisse probabilem opinionem de morte conjugis, & non simpliciter tantum dubitationem, quia igitur hoc non obstante idem decidit quoad omnes, quod debuit non petant, nisi certi fuerint de morte alterius conjugis, signum est non licere uti opinione probabili in concursu tutioris etiam minus probabiles. Resp. hoc pessimè deducti, quandoquidem omnes passim concedant licere sequi probabilem relicta tutiori minus probabili; alioquin inventa re aliqua, & ignorato invincibiliter Domino, teneretur ita in ea dare pauperibus, quia hoc est tutius; & parato mortali peccato statim teneretur confiteri, quia hoc est tutius, licet minus probabile, & alia sequerentur similia inconvenientia; falsum ergo est Pontificem in illis litteris idem decidere quoad omnes absolute loquendo, sed tantum decidit quoad illos, qui sibi existimabant dubitandum de morte prioris conjugis; & hoc inquit debuit exigere non debere, ob regulam generalem, quod in dubio operari non licet; minime vero ad hoc quidem obligabat eos, qui opinionem habebant probabilem, & fundatam de morte prioris conjugis, quia talis opinio est excludenda dubitatione.

Et hoc eodem modo loquitur Pontifex in cap. inquisitione 44. de seni. excomm. (quem textum etiam adducit Merenda n. 118.) ubi examinat effectum conscientiae conjugis circa impedimentum non sine exercere commercium matrimoniale abique mortali peccato, & dubium hic decidit; Cum conscientia pulsata animum ex credulitate probabili, & discreta legitimo impedimento, quamvis non evidenti, & manifeste debuit quidem reddere potest, sed postulare non debet; Quia nimirum ex regula generali cum tali dubio operari non licet, quoniam, ut explicat Achanatus ibidem ab arguente citatus, quod opinio probabiles aequè bene sufficit ad prudenter operandum, sicut & ab operatione abstinendum, quia cum supponatur esse probabiles, & non temeraria, idem moraliter operatur, quod veritas. An verò ex his textibus convincenter inferatur contra aliquos Recipientes nos non posse omnia propria opinione probabili sequi opinionem aliorum probabilem, sub praetextu, quod alii graves viros contrarium sentiant, quia non sufficit ad remouendum fundamentum remoris conscientiae opinio virorum doctiorum, quando eorum motiva probabilitatem non destruant propriae opinionis, quae generat remorsum conscientiae; an, inquam, id sufficienter interatur ex hoc textu, ut Merenda contendit, hic difficeret nolo, his sufficit nihil inferri posse contra usum probabilitatum, ut a nobis statuitur.

Tertio, eodem num. 139. in fine asserit doctrinam Concilii Vicentensis, & Clementis V. in Clem. exvi. si item quia de verb. sig. illis verbis: Nos itaque attendentes, quod in his, quae anima salutem respiciunt, ad evitandos graves remorsus conscientiae, pars securior est tenenda, &c. Agit S. Pontifex, & Concilium de dubitationibus, quae tunc vigeant circa intelligentiam multorum loquorum regula S. Francisci, in cuius Religione alii docti erant, alii simplices, & respectu omnium asserit eandem decisionem, quod quando extat dubitatio inter viros doctos, an in aliquo actu existat peccatum, durante nempe controversia, esse eligendam partem securiorem ad evitandos graves

graves remorsus; secutiorem inquam, quia alia quoque opinio bona existimatur à viris doctis; si enim secus esset, non erat utendum comparativo, sed positivo; ergo durante controvertia, an aliquis actus sit licitus, non licet sequi partem probabilem minus tutam, sed debemus sequi tutiorem specifi- cantem actum pro illicito. Resp. pariter ex hac decisione sic intellecta, non tantum inferri non licet sequi probabilem in concursu probabilioris, sed nec etiam licere sequi probabiliorem in concursu minus probabilis, quando hac est tutior probabiliori, quod tamen nemo negat, quando dicunt itaque Con- ciliū, & Pontifex universaliter in his, quæ animæ salutem respiciunt, secutiorem partem ad evitandos graves conscientie remorsus esse tenendam jam supponant non omnem esse abla- tam dubitationem ab animo operantis, in quo casu utique le- citior pars est tenenda, quia cum dubio operari non licet; ex hoc autem inferri non licet nos sequi non posse probabilem in concursu probabilioris, & tutiorem universaliter loquendo; quia opinio probabilis, si est verè talis, omnem dubitationem saltem præcise aufert ab animo operantis ob gravitatem ratio- nis, & auctoritatis, quibus vinit præsertim in viris doctis, in qui cum optime æsequantur vim motorum, non fluctuant, sed in ea parte eorum conscientia quiescit absque remorsu. Et præsertim cum in hac decisione agatur de viris Religiosis voto adstrictis ad suæ Regule observantiam, cum eo rigore procel- sit ad decidenda dubia circa Regule simplicitatem, quam do- ctorum, qui tamen rigor non tam bene, extenderetur ad hos voto non adstrictos ad aliquid agendum, vel non agendum.

85. Quod non 60. proponit textum in cap. de sent. excomm. ubi agitur de eo, qui percussit Clericum, & se ab excommuni- cationis vinculo exculabat ob ignorantiam, quod esset Cleri- cus; decessit Pontifex, si hoc dubium fuerit, præsertim in amen- tum, quod cum esse Clericum ignorasset, quod si noluerit, ab eo abstinendum esse, tanquam excommunicato ille qui putabat probabilem non esse Clericum, si probabilis existimabat, ipsum esse talem, non poterat jurare, se id ignoravisse, quia magis ac- cedebat, ipsum esse talem, non poterat jurare se id ignoravisse, quia magis acce- debat ab ignorantem quam ignorantem; ergo non declarat excommunicatum non obstante probabilitate suæ ignorantie; ergo probabilis opinio cum non exculabat, cum juxta defensores probabilitatem posset se determinare ob probabilitatem ad opinionem, quod non esset Clericus. Ad hoc idem adducit n. 161. Canonem 26. sexte Synodi in Trullo de Presbytero per ignorantiam non legalibus nuptiis detento, ubi cum expressè sit verbum de ignorantia culpabili, quæ peccatum inducit, ut patet ex verbis textus, non autem de igno- rantia, quam inducit probabilitas, quod nuptiæ non essent illi- citæ, non facit ad rem, quicquid in contrarium contendat ar- gens. Postremo loco n. 168. proponit, quod in Constitutione Pii IV. super confirmatione Concilii Tridentini sic sancitur; ad evitandum perversiōnem, & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei libere, in decreta Concilii Com- mentarios, & Interpretationes suas edere, Apostolica auctori- tate inhibens omnibus, ne quis sine auctoritate nostra audeat ulios commentarios, glossas & super ipsius Concilii decretis quocunque modo edere. Ne autem possent fideles, & conquire, quod in angustiis conciderent ob dubitationes, quæ orituræ erant circa numerosa Concilii decreta ad mores spectantia, Pontifex subdit. Si verò alicui in eis aliquid obcurius dictum, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egerit visum fuerit; ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad sedem, scilicet, Apostolicam omnium fidelium Magistratam; Nos enim difficultates, & controversias, si quæ ex ejus decre- tis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas relevamus, &c. His postis quærit agens à Magistris docentibus circa de- creta Tridentini licere sequi opiniones aliquorum Scriptorum probabiles contra intelligentiam communiter receptam, an sua doctrina conveniat licet Constitutioni. Si dixerint opinio- nem probabilem esse magis ponderis, ex dictis redarguitur, quia Pontifex immo orti perversiōnem ab eo genere magis- trorum, ex quibus sumunt opiniones probabiles, atque ideo si- bi relevavit declarationem Controversiarum, quæ oriuntur super intelligentia hujusmodi decretorum. Denique in omni- bus Constitutionibus Pontificis adest clausula, sublata alteri judicandi, & interpretandi facultate, quæ plane ridicula esset, si restringatur ad interpretationes temerarias omni probabili- tate carentes.

87. Respondeo, negando in eo casu non potuisse illam licite ju- rare, quod ignoraverit percussam esse Clericum, ut enim quis licite jurare possit, sufficit, ut non exponatur probabili peri- culo falsitatis, quod in proposito tollitur per opinionem pro- babilem, quam habere supponitur, quod ille non esset Cleri- cus; Nec refert, quod ex aliis conjecturis probabilis existi- maret ipsum esse Clericum; quia cum non sint convincentes, & probabiliter omnem dubitationem, & oppositorem ex eis

orientem solvat, licite potest probabili assensum determinatum præbere relicta probabiliori. Nec etiam refert, quod per proba- bilitorem magis accedat ad scientiam, quam ignorantiam; quia absolute loquendo a parte rei tam potest subesse falsum opinio- ni probabiliori, quam probabili, cum interdum falsa appareat probabiliora veris, nedum in moralibus, sed etiam in physicis, ut constat de compositione continui ex indivisibilibus, ubi pars negativa est absolute vera, & tamen pro affirmativa militat rationes sic apparentes, ut ferè videantur insolubiles; atque ideo cum neque probabiliori physicam attingat certitudinem, potest licite quis eam dimittere, & minus probabilem sequi magis sibi favorabilem, ut in casu proposito contingit; Quod si arguens contendat, illum in casu posito non posse licite ju- rare, sed probabiliorem sequi debere; etiam hoc admisso, negamus ex hoc casu inferri regulam universalem pro omnibus ob- servandam, eo præsertim, quia hic casus, ubi agitur de jura- mento spectat ad forum externum, nos verò agimus de foro interno.

Ad Constitutionem Pii IV. dico in primis eam non pertinere ad expositiones probabiles; quod clarè deducitur ex illis ver- bis *summiusque licet verè, prout est liberet, in decreta consensu inter- pretationes edere*, quibus verbis locum excludit videtur inter- pretationes temerarias, & ut ajunt; jure cervollosio date, & non cū sufficienti fundamento rationis, vel auctoritatis. Quod si cum arguens contendat eas non excludi expositiones proba- biles, quia Pontifex sibi reservat declarationem controversiarum super decreta Tridentini, quæ reservatio nedum temerari- tas, sed etiam probabiles interpretationes excludere videtur. Respondeo hac ratione, non tantum excludi probabiles, sed etiam probabiles; nam etiam si fiat gravissimis viris, & validis rationibus sint fundatæ, quantum lat est ad probabilem opinionem constituendam; dummodo non immediate emanent à sede apostolica, videtur per eam Constitutionem excludi rigorose intellectam, atque ideo argumentum nedum militat contra probabilem, sed etiam contra probabiliorem, ar- que ita argumentum inde deducit tam à nobis, quam ab ar- gente est solvendum. Dico igitur, quod cum in Conciliis, ut plurimum agatur de rebus fidei, quando evenit aliqua dubita- tio circa talia decreta non pertinet ad aliquem privatum Do- ctorem eorum Declaratio, & interpretatio, sed ad sedem apo- stolicam omnium fidelium Magistrum, atque ideo consulto ceteris interdicitur talis declaratio quantumcumque sapientius; & de his præsertim intelligitur præfata Constitutio; quo verò ad decreta mores spectantia, sicut jam supra dictum est controversias Doctorum non esse circa illa, quæ expressè con- tinentur in Scriptura, sed tantum quoad ea, quæ implicite, & virtualiter continentur in ea ex Scoto 2. 2. prol. in fine, nam, circa hæc non est inutilis labor Doctorum, & Interpretum; ita patitur in proposito dicendum de Conciliorum decretis, quod circa ea, quæ in ipsis expressè continentur, Doctorum contro- versia, & opiniones locum non habent, sed solum circa ea quæ in ipsis non sunt explicitè contenta, sed tantum implicite, & virtualiter; unde etiam circa talia, etiam si aliquantulum obicu- re dicta, prohibet Pontifex privatas Doctorum interpretationes, quantumvis probabiles, & pro declaratione vult recur- rendum esse ad apostolicam sedem, quam sibi immediatè re- servat; & sic etiam dici potest de clausula in omnibus Consti- tutionibus Pontificis contenta; itaque argumentum ad sum- mum probat nos non posse licite uti opinione probabili, imò neque probabiliori, circa has, & similes materias in Conciliis, vel apostolicis Constitutionibus contentas, si aliquantulum recel- serint à proprietate verborum, & communi intelligentia, quan- do apostolica auctoritate prohibetur aliter interpretari, quam verba sonent; Ex quo tamen non sequitur usum probabilitatis esse quoque repudiandum in aliis materiis, in quibus talis non cadit prohibitio.

Tertiusimam ex SS. Patribus explicatur.

Quintò ultimus quamplures adducit Merenda contra usum probabilitatum auctoritates Patrum, quas omnes diligenter re- censere opus non est, quia plures ad rem non faciunt; ego po- tiores referam, & Patrum majoris auctoritatis, illas colligendo ex diversis locis, ubi ipsarum eas habet nullo ordine servatas, ita- que in Præfatione 375. refert Aug. sic loquentem in Pl. 10. in regu- la non vos agrosco, novi enim regulam justitia mea, non ulli con- gentis, declinatis ab ea, distortis, que est regula justitie di- vine; 2. ea que est in se vera, ergo ad eam non spectat vestra pro- babilitas, quæ plerumque est falsa. Et Pl. 103. ait *augustinus: ubi seminum stravit Deus quidquid exierit illam est, lubricum est extra eam autem est defectus, & excessus; ubi probabilitas continet defectum passim, ergo est lubrica via, quia eam ingrediens, tan- quam habentem dispositionem ad defectum, id est, tanquam probabilem, non tanquam veram. Et Pl. 29. ait *voluntas Dei nos- tra regula est, illa que in te egra manet; regula enim est incommu- tabilis, id est dicere voluntatem Dei esse regulam, & esse via-**

utrum-

utrumque suos limites habentem excessus, & defectus, & per hoc, quod dicit esse incommutabilem repudiat probabilita- tem, quæ passim mutatur; & Serm. 52. ait *in nobis factus est Christus, sed attributa hujus via probabilitatis non conveniunt; ergo probabilitatum usus non pertinet ad viam nostram, quæ est Christus. Rursus in Disput. n. 136. assert. August. in lib. de utilitate credendi cap. 3. dicitur *recte factum nullo modo esse potest, quod à recta ratione non proficiscitur, porro recta ratio est ipsa virtus, cui autem hominum virtus, nisi sapientia animo præ- fectus ipsius igitur sapiens non peccat, non potest verò ad virtu- tem sapientiam, vel prudentiam spectare, quod rationi rectæ ab- solute non convenit; tam quia idem August. in disp. 2. eadem, inquit *Sapiens erit ille, qui perfecte quasierit veritatem etiam si ad eam non diu pervenerit, quis autem dicat esse modum perfe- ctum querendæ veritatis, ac quiescere illi regulæ dicendi, quæ per se est indifferens ad verum, & fallum, cum per hoc doceat per accidens ad bonum.***

Et in plam. 25. ait plures non intelligere, ut bene vivant, non quia non possunt, sed quia nolunt, *aliquid enim est, quando quis conatur aliquid intelligere, & per infirmitatem carnis non po- test, aliquid autem, quando permotus agit ad verum se ipsum cor- humanum, ut quod possit intelligere, si bona voluntas accedat, non intelligit allegatio infirmitatis, quæ congruit indoctis, quoad doctrinas exsilitatas probabiles, defectus autem bona voluntatis congruit illi Magistris, qui noluerit uti mediis in- veniendis veritatis, quibus moraliter uti possent, cum ex eis in- telligere possent, doctrinam, secundum quam consilium præ- bent, adeò graves parti difficultates, ut non liceat secundum eam dare consilium. Et lib. 4. q. super Num. 2. 95. proponit quæstio- nem, an iurium peccata, quæ à negligentibus committuntur, dici possint peccata nolentium, & inquit, quod si peccatum procedat ex negligentia querendi substantiam præcepti, non sunt peccata nolentium, quia dum gravis ratio urget, (ait Merenda) pro malitia actus sic, quod intellexit non acquiescat rationibus proba- bilibus contrariis fœdamentibus, non potest dici, quod sit actus talis malitiæ verè existentis in eo; tunc quia eligendo actum, uti licitum probabiliorem eligit eam, uti capacem malitiæ, & malitiam actus, ut sic, indifferenter se habeat ad bonitatem, & mali- tiam; tunc quia negligentia arguitur in ipso, eo ipso quod ait, non teneri fervari rem amplius, quam hæc tenus fecerit, cum ad probabilitatem pervenerit. Hæc sunt potiores auctoritates, quæ recenent, & pondant Merenda ex D. Augustino contra usum probabilitatem.*

90. Respondeo plures ex his auctoritatibus non minus militare contra probabilem, quam contra probabilem, ut ab arguente expenduntur, prima quidem talis est, quia cum non tantum probabilis opinio, sed etiam probabilior ex suo genere sit notitia ad verum, & fallum per se indifferens; quatenus & ipsa procedit per media probabilia, non autem certa, & evidentiæ ex natura rei, ut sepe dictum est; si regula divina justitia ea est, quæ est in se vera, neque ad eam spectare poterit opinio proba- bilior, quæ potest esse falsa, & de facto accidit, ut fatetur ar- gente n. 60. quid autem sit dicendum constat ex supradictis n. 67. quod potest esse falsa speculative, quatenus potest esse dif- ferens obiecto virtutis à parte rei, est tamen vera practice eo ipso, quod proponitur à ratione prudenti, quæ est proxima re- gula actionum nostrarum.

Ad 2. ex Psal. 103. militat pariter contra probabilem, quia & ipsa potest defectum continere, cum possit esse falsa, nec ipsi quoque possunt assentiri, ut in se vere; sed tantum ut pro- babiliter tali; quia nec ipsa egreditur limites probabilitatis; licet in hoc genere gradum obineat altiore quam probabi- lis, negandum est itaque opinionem probabilem continere de- fectum practicum, quia hic, & nunc dicitur à ratione prudenti actus juxta eam elicitus, licet interdum continere possit de- fectum speculativum, quando nempe falsa est à parte rei, quod etiam in probabiliori contingere potest; negatur etiam opinio- nem probabilem esse viam lubricam, quia ipsam ingrediatur, ut habentem dispositionem ad defectum non enim eam ample- ctitur intellectus sub hac formalitate, & specificatione, sed quatenus probabiliter veram, alioquin eodem modo de proba- biliori urgeret possessus, præsertim quando est minus tuta, quam probabilis.

Ad 3. ex Psal. 119. militat etiam contra probabilem, cum innumerata doctrina, quæ olim erant probabiles, hodie sint improbabiles, ut fatetur arguens in Disput. n. 607. imò & nonnulla à sede Apostolica reprobatæ; & regula igitur divina, seu divina lex, quamvis sit in se incommutabilis, potest tamen aliquam lubrem mutationem, quatenus à ratione proponitur quæ est proxima regula actionum nostrarum, imò & lex ipsa di- vina positiva in se considerata cessare potest, ut constat de cel- satione legalium.

Ad 4. ex Serm. 52. patet per idem, nam neque ea attributa con- veniunt probabiliori, quando præsertim est minus tuta, itaque Christus est nostra via, & regula, extrinseca, & remota, non

vero intrinseca, & proxima, sed hæc est ratio proponens legem Christi magis, vel minus probabiliter. Ad 5. ex lib. de utilitate cre- dendum concedo majorem inde desumptam, & distinguo mino- rem; non potest ad virtutem prudentiam spectare, quod rectæ ra- tionis non convenit, rectæ speculative; nego; rectæ practice, concedo; talis autem est ratio probabilitatis ad quam proponens pro bono, & licet hic non sit per se diffinitus modus querendæ veritatis, ad quem non tenemur, & sit infirmus modus bene operandi in genere moris, adhuc tamen est perfectus modus querendæ veritatis, ac bene operandi, quatenus per ipsum evi- tatur peccatum, & peccandi periculum; & licet talis regula de se sit indifferens ad verum, & fallum speculative, practice ta- men censetur ad verum determinata, alioquin idem argumen- tum currit etiam de probabiliori.

Ad 6. ex Psal. 35. ipsamet Plami auctoritas, quam ibi tractat August. clarè indicat sermonem ibi esse de ignorantia crassa, vel affectata, dum inquit *noluit intelligere, ut bene ageret, & hoc ip- sum exprimit paulo inferius idem August. dum subdit: hoc au- tem multi dolose agunt, ut non inveniant iniquitatem suam; id autem in opinione probabili locum non habet, quia supponimus immuncem ab omni ignorantia culpabili; Neque obstat, quod Magistri probabilitatem noluerit uti omnibus mediis pro veritate inveniendis, quibus moraliter uti possent; hoc enim non arguit in ipsis ignorantiam culpabilem, ad hanc liqui- dem evitandam sufficit adhibere pro veritate inveniendis om- nem diligentiam, quam homo debet, & qualis sufficit ad evi- tandum peccatum, & peccandi periculum, non verò om- nem, quam moraliter potest; Quod verò spectat ad consi- lium dandum jam quoque nos diximus n. 79. non licere, vel saltem non expedire dare illud idiotis iuxta probabilem, proba- biliori relicta, vel saltem eis non apta; & præsertim hoc facere non possunt, quando advertentes difficultates sufficienter non solvunt; alioquin iuxta probabilem non consentirent, sed om- nino iuxta improbabilem, & temerariam, quia probabilis ad- versis difficultatibus occurrere debet; ut operans sine omni dubio saltem practico operari possit. Neque est, erit adeò frequen- ter inficietur. Merenda hanc receptissimam ab omnibus disti- ctionem de veritate practica, & speculative, & de dubio practico, & speculative; nam bene contingere potest, quod operans nulli ex duabus opinionibus contrariis speculative assentiatur, ut veræ, quatenus eam assequitur nequit mediis certis, & evidentiis physicis, ac proinde assensum suspendat, & dubius maneat speculative de veritate, & nihilominus, quia utramque iudicat probabilem ob motiva probabilia utriusque, potest practice se conformare cui libet earum, in quo casu operari speculativum requiritur ratio necessaria, & demonstrativa.*

Ad ultimum ex lib. 4. q. super Num. concedo peccata neg- scientium, quando negligentia intervenit, esse peccata vol- lentium, & non nolentium, nam eo ipso, quod negligit inquirere substantiam præcepti, iam interpretative censetur velle malum, & sic etiam accidit, cum operatur, dum gravis ratio urget in contrarium, quam non solvitur enim censetur operari cum dubio; quando verò procedit ad opus, adhibita sufficienti diligentia morali, ita quod præceterit diligens ponderatio ratio- num hinc, & inde, potest operari iuxta probabilem absque ullo peccandi periculo; ad primam probationem in contrarium nego, quod quando eligit actum, ut probabilem licitum, eligat eum, ut malitiæ capacem, eligit enim eum ut practice deter- minatum ad bonitatem, licet de se, & speculative consideratus sit ad utrumque indifferens. Ad alteram probationem pari- ter nego, quod argui possit negligentia in ipso, quando opi- nionem suam ita examinaverit, ut ad probabilitatem pervene- rit; nam eo ipso censetur eam adhibuisse diligentiam in veri- tatis inquisitione, quam adhibere tenetur, & qualis sufficit ad evitandum peccatum, & peccandi periculum, licet non adhibuerit quantum potest moraliter, hæc enim non necessarîo re- quiritur ad negligentiam tollendam.

Sextò arguit ex Hieron. super caput 2. lament. Hier. dicente 92. *Cavendum est, ne pro veritate sequamur mendacium, ne pro lumi- ne venenbras, multa enim sunt viæ, quæ videntur hominibus rectæ, & honestæ eorum perveniunt ad profundum inferni, hinc non agit de mendacio manifeste verbum enim videtur non cogitur in proposito viæ manifestè male, ergo agit de mendacio; & via mala habente probabilitatem, & hanc viam contradistinctam à via expressa in præcepto, & ait ducere ad infernum. Et ibidem e. 3. inquit, *sepe de sua opere animus se incertus, ut ignoret omnino quid virtus, quod culpa sit, & quid eligere debeat, nescit.* Hæc lo- quitur de operantibus, iuxta probabilem, qui non cognoscunt de offendere præcepta, quod probatur ex illis verbis *animus se incertus*, incertitudo enim supponit motiva, quæ iudicet proba- bilita, si enim manifestum continerent errorem, si vicia essent evi- dentiæ, idem significant verba, *ut ignoret omnino quid virtus, &c.* hanc enim ignorantiam inducere nequeunt motiva infirma ma- nifestè ea erit verba, *quod eligere debeat nescit*, quod utique præ- ter-*

re no-

re nequeunt motiva, quae veluti frivola apprehendit, ergo clare docet peccati ab illis, qui operantur ea, quae in se sunt illicita, ob motiva, quae solum probabilia apparent. Item exponens locum *Psalm. 118.* tu mandata tua custodivi nimis, ait, *repleo corde, nec dissolvo animo, sed foris, & attentis sua mandato edocet custodire, non custodit autem mandata Dei foris, & attentis sola probabilitate contentus.* Respondeo, & concessio assumpto, quod Hieronymus ibi non agit de mendacio manifesto; nego consequentiam, quod agat de mendacio habente probabilitatem, quia tunc mendacium non esset, vel saltem pro tali non imputaretur; sed loquitur de mendacio conexo cum ignorantia culpabili, quae a culpa non excusat, quemadmodum invincibilis, & probabilis. Ad aliud, negatur rursus, quod ibi agat de operantibus juxta probabilem, etenim sic operans, licet sit physice incertus de honestate operationis; est tamen moraliter certus ob motiva, quae habet probabilia pro ejus honestate: unde saltem est motiva probabilia parere incertitudinem, & ignorantiam, nam potius parerent moralem certitudinem, quae sufficienter expellit ignorantiam, culpabilem. Ad ultimum satis constat ex dictis *num. 168. & 169.*

93 Septimo urget ex Gregorio Papa lib. 6. *moral. c. 16. hoc est sollicitudo iustorum, ut alius suos quosdam iuxta a viis veritatis examinent, & eis sibi in regula proponentes a veritatis earum iramite non declinent, quis autem non videt magistros probabilitatum talem, & tantam sollicitudinem non habere.* Et lib. 9. c. 17. ait, *quia ergo culpa suppreto vel in isto virtus ad in vix vincitur, quod ad securitatem superest, nisi in studio semper, & in virtute timetur, si ergo in actibus, quos licet ex genere esse in linea virtutis, studiosè tempore oportet; unde sequaces probabilitatum deduxerunt non esse locum timori culpe in actibus probabilitatis, qui ad virtutis lineam per se non pertinent.* Et lib. 5. c. 9. *quia nonnumquam ea ipsa, quae nos rectè agere credimus, an in districti iudicii examine rectè sint, ignoramus; sepe enim opus nostrum causa est damnationis, & profanum putatur esse virtutis, ubi agitur de peccatis gravibus, quod quandoque sub virtutis specie sic laeant, ut viri Sancti ea non agnoscat ob naturae corruptionem, & iudicii divini severitatem, quod utique non esset verum, si opinio probabilis excusaret a peccato formalis.* Respondeo; ad hoc argumentum ex sollicitudine desumptum, quam quisque habere tenetur de propria salute, satis constat ex dictis *num. 68. & 69.* Ad aliud ex 9. adeo exaggerat Greg. circumpectionem, quam adhibere debemus in operando studiosè, quia actus quantumcumque bonus ex genere suo potest infici ex aliqua circumstantia mala; unde valde cautos non esse de siderat; neque ibi per actum virtutis illum solam intelligit, qui a parte rei conformatur cum obiecto virtutis; sed absolute actum virtutis appellat, qui elicitus juxta dictam tenet rationis practicae, sive magis, sive minus probabiliter dictantis; & ait nos cautos esse debere in eis exercendis, quia facile omnes infici possunt ex aliqua mala circumstantia, unde ex hoc capite concedimus locum timori culpe in operationibus probabilitatis; non autem eo, quod opinio probabilis non sufficiat ad operandum etiam in concursu probabilitatis, nec refert quod operatio probabilis per se, & ex natura rei, ad lineam virtutis non pertineat, ut saepe dictum est; quia idem argumentum concluderet etiam de probabili; nam etiam operatio juxta illam elicita ex hoc capite potest esse mala; cum etiam opinio probabilis possit falli in iudicio. Ad vitium, frequenter Patres loquuntur per exaggerationem ad id, quod melius, & perfectius est, nos exhortantes, ne ex indulgentia vivendi humanae lubricitati nimis frana laxentur, & praesertim nos salubriter terrent ex dicto examine nostrorum operum in finali iudicio habendo, & in hoc lena loquitur Gregorius ibi, unde nos quoque dicimus, quod quamvis tunc legi possimus minus probabilem, & vitam in quibusdam materiis in concursu tutioris, & probabilioris; non tamen in omnibus, imò in illis etiam expedire potius legi probabiliorem, quia probabilitatem ulus concessus est non ad relaxandas conscientias, sed solum ad scrupulos tollendos, ut dictum est *num. 64.*

94 Octavo, arguit ex D. Ambrosio in *Psalm. 118. nolite recedere de viis, si in via ambulatis vix tunc es a latrone, quid facies si te vras viam vagantem invenierit, & precare ut Dominus dirigat vias tuas si defendimus cum tanta difficultate a Diabolo, dum in via ambulamus veritatis, negabis esse periculosum ire per viam probabilitatis; si impij etiam peccati a Deo, ut nos dirigat per viam probabilitatis, affirmabis eam esse viam rectam. Item ait ibidem Ambrosius, *elige viam, antequam curas, duo viae sunt, altera iustorum, altera peccatorum si affuerit veritas utam probabilitatem esse via iustorum, necesse est, ut dicas esse viam virtutis; hoc autem esse non potest, cum admittat operationes continentes defectum, & excessum; non est via virtutis, est via iniquitatis.* Et *serm. 9. in *Psalm. 118.* sed qui peccati doceri bonitatem, & disciplinam, debet peccare etiam scientiam doceri, quam ibi inquit ex Salomone esse cognitionem veram, ergo Magistri conscientiarum**

non habent modum rectam docendi fideles, nisi habeant scientiam, quae est cognitio vera, & non probabilitas tantum circa casus controversos; & Deo talem scientiam petere debent, non autem solum cognitionem probabilem honestatis, & consequenter non debemus quiescere, dum potentia intellectiva iudicaverit se ad eam non pervenisse. Et tandem *serm. 18. in eundem *Psalm.* inquit, Quis tunc est qui possit intelligere Domini testimonia? & idem intellectus a Domino postulandus est, cuius tanta est vis, ut ejus intuitu sit plenitudo virtutis;* cum ergo disputatio nostra pendeat ex adeo multitudine dei: hoc intellectus domus nos postulare oportet; tamen non convenire ejus probabilitatis cognitionem, quae graviter paritur difficultatem, manifestum est cum nec disponat ad veritatem, nec ducat ad virtutis affectionem id quod est imperfectum.

Respondeo; viam probabilitatis esse viam veritatis practicae, quatenus prudenter dirigit operationem, quantum sufficit ad evitandum peccatum, & peccandi periculum, est non semper sit via veritatis speculativae; quatenus interdu non est conformis opinio probabilis obiecto virtutis a parte rei, quod & suo modo etiam de opinione probabili ori ad afferendum, quoniam neque ipsa sphaera moralis certitudinis egreditur, licet alio modo gradum probabilitatis obtineat; quod evidentius declaro eodem exemplo, quo utitur Ambrosius, ad convincendum Merendam, qui adeo mordicus, & frequenter invehitur contra hanc veritatem practicam, ut a speculativa contra distinctam; duplex est via y. g. hinc periculum Florentiam, via communis, & critica, quae nullum patitur adendum latronum; altera verò brevior, non adeo trita, & tuta in qua solet interdum Latrones insidiari; si facta sufficienter diligentia, & perquisitione, certior in hac breviori via hinc, & nunc non esse latrones, nec ullum adesse periculum, quis negabit me per hanc iter capere posse prudenter, & sine periculo relicta via communi, & tutiori, ea diligentia adhibita; nemo sane, unde in hoc sensu licebit hanc brevior viam alioquin de se minus tuta appellare hinc, & nunc viam bonam, & rectam practicae, adhibita nimirum praefata diligentia; igitur in proposito via probabilitatis appellata via veritatis practicae, nam quamvis in aliqua actione possit esse periculum peccati, si tamen quis tanta cautione illam agat, ut probabilitatis, & ad prudenter judicet tale periculum cavere, non peccat, nec periculo peccandi exponit, nisi forte materialiter modo supra explicato *num. 42.* cum igitur via probabilitatis sit via veritatis licet practicae sensu praefato; neque periculosum erit per eam ambulare, nisi materialiter; neque impium erit Deum praecari, ut per eam non ducat, dum supponimus per ipsam ambulandum Deum non offendi.

Ad secundum, respondeo viam quoque probabilitatis dici posse, ac debere viam iustorum, ac etiam virtutis, quatenus conformatur dictamini prudentiae, in qua conformitate consistit ratio virtutis; & saltem est, quod iuxta tali formalitate, & specificatione admittit operationes continentes defectum, vel excessum practicae, licet possit admittere speculativae; quatenus accidere potest, quod opinio probabilis non sit in re conformis obiecto virtutis, seu bonitati obiectivae, ut habet esse subiectivum a parte rei, quod arguenti mirum esse non debet, cum id etiam in probabiliori accidere possit, quam inquit esse semper amplectendum in concursu minus probabilis, ut saepe dictum est. Ad tertium patet ex dictis in simili *num. 74.* scientiam in proposito accipi a Scripturis, & Patribus non rigorose pro cognitione certa, & evidenti; sed pro quacunque prudenti cognitione, & vera saltem practicae, quantum sufficit ad excludendam temeritatem, & stultitiam, quae asecuta non tenemur de praeccepto maiore adhuc diligentiam de veritate scrutanda alioquin scrupulis nonquam imponeretur finis, quique enim timeret sufficientem non adhibuisse diligentiam, sed teneri ulterius progredi, donec physican rei veritatem attingat, quod regulariter pro hoc statu est impossibile. Ad quartum concedo postulandum esse a Deo domum intellectus, quo clare percipere possimus, quantum fieri potest, veritatem mandatorum eius, quicquid modo sit, ac cognitio probabilis spectet ad donum intellectus, neque hoc enim parum facit ad rem nostram; quod verò subdit, talem cognitionem non disponere ad veritatem, nec ad virtutis affectionem, patet ex modo dictis saltem esse, nam saltem dispositio practicae modo explicato; imò etiam valde disponit ad veritatem rei speculativam quoque asequendam, quoniam veritas media probabilia viam reverunt ad invenienda media necessaria.

Postremo arguit ex alio Patribus, nam D. Basilus de instit. *Monach. c. 74.* & epus Discipulis Nazianzenus in prima oratione apologetica a super illud *Proverb. 4. ne declines ad dexteram, neque ad sinistram;* dicunt virtutem in medio consistere, & in extremis vitiis esse, nempe excessum per dextram significatum, & defectum per sinistram; atque idem per medium esse incedendum, & ad extrema nullatenus declinandum, quod etiam pluribus in locis docuit Origenes; sed via probabilitatis declinat ad extrema, quia in rebus moralibus agendis

dis tenet infimum locum, ergo hac non est via virtutis, quae consistit in medio. Item Bernardus in lib. de praeccepto, & displicentia, explicans illud, *estote prudentes, sicut serpentes &c.* inquit ut interior oculus vere simplex sit, duo illi arbitror esse necessaria, charitatem in intentione; & in electioe veritatem, nam si bonum quidem diligit, verum autem non eligit, habet quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam, & nescio, quomodo esse possit cum simplicitate simplicis, quomodo enim erit simplex oculus cum ignorantia veritatis? Denique Anselmus exponens illud Apostoli, *omnia autem probate &c.* inquit, non omnium dicta indilcrete recipiatis, sed probate, id est, ratione discutite omnia, utrum bona, an mala sint, & quod bonum inveniatur, tenete, hoc est, postquam singula discutieritis, & certa probatione unumquodque quale sit, noveritis, quod bonum esse noveritis, tenete; Quibus verbis palam redarguit usum eorum, qui non student cognitione per probationem certam juxta capacitatem materiae, an doctrinae noviter excitatae in moralibus sint vera.

98 Respondeo, viam virtutis, cum consistat in conformitate operationis ad rectum dictam rationis habere quandam latitudinem inter extrema, quatenus conformari potest vel ad dictam viam physice, id est, quatenus obiecto virtutis, quod enunciat, ut habet a parte rei; vel ad dictam solum probabile, hoc est intra probabilitatis lineam solum consistens, sive magis, sive minus; cum sit impossibile pro hoc statu omnes veritates attingere, prout fuit a parte rei; quamvis ergo probabilitas infima sit ratio agendi in moralibus, quia tamen lineam, vel viam virtutis non egreditur, per eam incedens dicitur adhuc per medium virtutis incedere, neque ad dexteram, aut sinistram, hoc est, in excessum, vel defectum impingere.

Ad 2. loquitur Bernardus de operante cum ignorantia vincibilis, & culpabilis, quando scilicet, in exquirenda veritate juris, vel facti debuit non adhibere diligentiam moralem; quod si debuit adhibere moralem diligentiam, ut contingit in opinione probabili, tunc potest prudenter excludere rationem malitiae ab obiecto, quod iam inveniuntur ignorando, & culpabilis, etiam si iudicium prudenter dicitur, tamen si obiecto virtutis, vel bonitati obiectivae, non se conformaret, ut habet esse subiectivum a parte rei, tunc esset cum simplicitate, quod negat Bernardus. Respondeo, quod licet tunc simplicitas esset cum simplicitate speculativa, adhuc tamen esset cum veritate practica; cum vero Bernardus ait simpliciter cum simplicitate non posse consistere, loquitur de simplicitate opposita veritati practicae, alioquin hac instantia non tantum haberet locum in opinione probabili, sed etiam probabiliori, saltem quando non est tutior, quia hinc etiam lubesse potest simplicitas speculativa.

Ad 3. ex Anselmo concedo totum, ut enim dictum est *num. 42.* ad asserendum alioquin opinio probabilitatem requiritur, ut sufficienti adhibetur diligentia, si forte certa veritas rei, de qua disputatur, pertingit possit; tali namque diligentia non adhibita, opinio ad statum probabilitatis non pervenit, sed remanet intra lineam ignorantiae vincibilis, & culpabilis. Sed insit Merenda, ergo tenentur perleverare in speculatione, donec intellectus clare veritatem rei attingat; Nego consequentiam, quia cum veritas non attingatur, nisi per media certa, & evidenta, hac autem regulariter deficient, & sola probabilia suppetant, quae veritatem, ut est a parte rei, immediate attingere idonea non sunt, sed tantum dispositivè inferunt, quando per talia media moralem diligentiam adhibuerimus pro veritate inveniendae, ad amplius non tenemur, quandoquidem, sic onus intolerabile foret, & multis scrupulis, expositum, si opinio probabiliore semper investigare teneremur, ut ait Diana *part. 2. tra. 13. de opinione probabili resol. 1.* cum ceteris Summis; quanto magis intolerabilis esset obligatio investigandi anxie veritatem ipsam, ut se habet a parte rei; hinc etiam dixit Cardin. de *lego disp. 1. de fide *num. 311.* praeccepta Dei non obligare ad exquisitam, & metaphysicam diligentiam, essent enim intolerabilia, sed ad humanam, & moralem. Sed adhuc urget Merenda saltem hanc moralem diligentiam debere esse summam, quod probat ex Chryso. hom. 18. in Ioan. dicens, *summa diligentia in omnibus usanda est, quare ad eandem ratio & verborum, & operum.**

99 Respondeo negando assumptum, adhuc enim jugum Christi grave nimis foret, sed fatis est, quod sit diligenter sufficientis, ut in Domino videbitur prudenter operantis iudicio, vel consulentis. Chryso. homus autem loquitur per exaggerationem, & de consilio ad id, quod melius, & perfectius est, nos hortando in sensu explicato *num. 93.* in fine; vel per summam diligentiam intelligit talem, quae excludat omnem negligentiam culpabilem. Et Pallavicinus in *part. 2. tom. 1. disp. 9. quest. 4. art. 2.* volens explicare, quanta iniquitate sufficiat in qualibet materia etiam peccante ad necessitatem pro salute eterna hanc regulam assignat, ut non teneatur ad ulteriorem diligentiam, quando jam pervenimus ad tantam probabilitatem, quanta suf-

ficere solet in rebus humanis ad tollendam sollicitudinem, & anxietatem de quovis malo possibili, quantumvis ingenti; ut v. g. si filius egrotabat, & vir fide dignus renunciet Patri absenti, cum omnino non valuisse, & nulla appareat peculiaris suspicio, quae fidem illi; adimat in hac materia; licet hac narratio possit esse falsa tamen Pater solet deponere omnem sollicitudinem; natura enim sic animam humanam composuit, ut quandoquidem de plerique non possit haberi evidentia, non sollicitur quando pervenit ad eum gradum certitudinis, quo maior vix potest plerumque hic, & nunc sperari; sic ergo in ordine ad moraliter operandum, quando habemus probabilem certitudinem, non tenemur ad ampliorem inquisitionem, & idem hoc solet vocari certitudo moralis, quoniam licet non sit vera, & physica certitudo, in ordine tamen ad mores petinde accipitur, ac si esset vera certitudo.

ARTICULUS QUINTUS.

Explicantur doctrinae, quas avert Merenda contra probabilem ex Scoto, & D. Thoma.

100 In una, & altera Appendice ad suam Disputationem adiectis, inquit ulterius Merenda ostendit ex diversis utriusque locis Scotorum, ac D. Thomam usum probabilitatis hoc saeculo receptum repudiavisse; ex quibus si solum fidei adere contendere, hos amos Scholarum Duces, & cotropheos usum probabilitatis non approbasse in ea latitudine, vel laxitate, quo modo sunt in usu apud Recentiores summissis, & morales in currenti saeculo; nihil dicendum, vel respondendum occurreret; nam ego quoque fateor antiquiores Doctores in hoc sensu non approbasse usum probabilitatis, quae eis licet uti in omni profus materia, & in quocumque casu, ut nimirum licet nonnulli docent Recentiores; sic enim non est admittere usum probabilitatis, ut oportunitatem ad tollendas quandoque scrupulos pusillorum; sed est probabilitatis abuti ad conscientias relaxandas; unde in hoc sensu querimoniae doctissimi viri, eluque ardenti zelo subscribimus; & in hoc quoque proposito valet antiqua sententia *neque nimis, ut Augustinus discursu contr. 4. in *Psalm. 118.**

Verum quia & ipse quoque in a lind abijt extremum, ut in nulla materia, in nullo proque casu (exceptis illis regulae duobus malis) liceat sequi minus probabilem specificationem actum proficito in concursu probabilis, vel probabilioris ipsam specificationem pro illicito, ut constat ex motivis hactenus adductis ex Scripturis, Canonibus, & patribus; opus quoque fuit doctrinae Scoti, & D. Thomae examinare, & in quo sensu sint locuti, declarare. Et quidem miror hanc Anctorem cum tanta amplitudine hanc suam motiva promovisset, quandoquidem ex ipso operis titulo se retraxerit ad id probandum in materia de consilio dando duntaxat, & pluries protulerit se id asserere in ordine ad alienas actiones dirigendas, non autem probabili, unde saepe concedit minus probabilem esse sufficientem regulam operandi respectu ipsius personae sic opinantis, non verò in ordine ad alios regulandos, ut constat ex sua *Disput. num. 295. & 769.* & alibi; at motiva hactenus allata non cum hac limitatione procedunt; sed absolute probant opinionem minus probabilem in concursu probabilis non esse securam operandi regulam, nec in ordine ad se, nec in ordine ad alios, quod forte factum est ex ipsius disputationis ardore, & vehementia, nam ingenue loquendo arguens plus probat, quam in titulo Disputationis proposuerit. Quoniam verò etiam in proposito plura Scoti loca proponit, quae parum, vel nihil ad rem faciunt, nisi valde à longè, ego potiora seligenda curavi, ac magis directè intentum hunc probantia, ex quorum explicatione recte quoque aliorum interpretatio facile poterit deduci; quaedam alia paucam deinde adducam ex D. Thoma decreta, & sine mora expaenam, negotium reliquum praereliquimus Thomistarum Scholae, quibus incumbit Praeceptoris sui mentem aperire.

Primo itaque in Appendice 2. ab initio proponit locum, ex *101 q. 2. prolog. in fine*, ubi ait Doctor quod multa in actibus humanis sunt dubia, utrum sint peccata mortalia, etiam suppositis omnibus Doctrinis Doctorum, & Expositorum, tamen non est dubia via salutis, quia à talibus, tamquam periculosos debet homo sibi cavere, & se custodire, nedum exponere se periculo, incidat in peccatum; quod si voluerit quaerere salutem, sed non curando exponit se periculo, ubi forte actus de genere suo non est peccatum mortale, tamen peccabit mortaliter se se periculo exponendo; Ita Doctor: Hoc autem est argumentum inquit Merenda, quo semper usi fuerunt Doctores reprobatentes usum probabilitatis, dum enim servet contra veritatem, an specus sit bonus, periculosum est, adhaerere simititer opinionis insufficienti actum proficito, quia non possunt evetere penitus contrarias rationes, & per hoc eorum intellectus apprehendant actus huiusmodi pro actibus habentibus non levem

dispositionem ad malitiam, quod reddit eos periculosos, & per hoc dixerunt ipsos formaliter se exponere periculo peccandi mortaliter.

103 Respondeo, imò ex hoc loco nos supra art. 2. num. 46. oppositum deduxisse, quatenus Doctor ibi dicit multas veritates necessarias non contineri in Sacra Scriptura explicite, sed implicite tantum, & virtualiter, sicut conclusiones in principiis; ac proinde, inquit, circa earum investigationem non fuisse inutilem laborem expositorem, & Doctorum, ex quo dicto deduximus; quando Doctores docent aliquam opinionem esse probabilem, est id fit minus tuta, licitum esse eam sequi absque illo peccandi periculo, saltem formaliter, quia si pars tutior semper esset amplectenda, nunquam vel saltem raro recurrere liceret ad consilium peritiorum; quando namque viger controversia de honestate alicujus actus, an licite fieri possit, nec ne; cum abstinendo ab actu vitetur omne periculum peccandi, tam formaliter, quam materialiter, idque cognoscere sit omnibus facillimum, etiam idiotis; opus minimè esset super hoc Doctores consulere, an fieri possit, nec ne, sed absolute esset ab eo actu abstinendum: Quando autem subdit Doctor amplectendum esse partem tutiorem, ut constat ex ipso textu, loquitur, quando versatur in aliquo dubio, quod Doctores vel nullatenus tractantur, vel non addo exactè, & sufficienter, ut opinionem specificantem actum pro licito deduxerint ad statum vere probabiliter; sed suppositis omnibus eorum doctrinis adhuc intellectus fluctuat, & anceps remanet, an actus ille sit licitus, & in tali casu inquit melius esse abstinere ab actu, ne exponamur periculo peccandi, & hic est planus, & apertus sensus illius textus, ut supra num. 47. declaratum est, excludendo instantias Merendae, unde gratis ei concedimus, quod quando viger controversia inter Doctores de honestate alicujus actus & inclinans in opinionem specificantem actum pro licito se te extricare nequit à contrariis rationibus, imò illis ita opprimatur, ut apprehendat actum hujusmodi pro actu habente non levi dispositionem ad malitiam, concedimus inquam, non posse tuta conscientia illum elucere, quia cum tali hesitatione nequit formare iudicium particulare, quo dicat eum ad actum hinc, & nunc sibi licere.

103 Secundo, asserte ea quae scribit Doctor 4. dist. 11. quest. 6. illis verbis. Hic breviter potest dici, quod cum certum sit, fatinam tritici purgatam secundum communem purgationem, esse materiam convenientem ad faciendum panem consecrabilem; & dubium sit, an amicum sit hujusmodi materia, & pars negativa multis sit probabilior, non sine peccato quis se exponit tali dubio, maxime ille qui preparat hostias consecrandas; ita Doctor, ubi notat Merenda Scotum docere eum se exponere dubio, qui in casu controverfo sequitur opinionem, cujus contraria videtur probabilior, & consequenter docet, hoc inducere periculum peccandi, etiam si contraria sit probabilis; nisi enim esset talis, non dixisset eam videri probabiliorem multis, sed omnibus, nec etiam adscripsisset peccatum periculo, sed tribuisset malitiam actus; eam enim excludere non valet opinio adhaerens frivolis rationibus. Neque dicas Scotum agere de materia Sacramentali propria rationem habente ob dignitatem Sacramenti; nam Scotus de hoc nullum dicit verbum, non omisit, si tam doctrinam inde deduxisset, & non potius ea regula universaliter, cum agatur de adco periculosa materia.

104 Respondeo hanc Scoti doctrinam pendere ex alia, quam dederat supra dist. 3. q. 2. §. 3. de forma necessaria, ubi licet specialiter tractet de baptismo tamen universaliter loquendo de Sacramento inquit: in Sacramento veritas nihil esse falsitatis; atque ideo nonquam licere ministro Sacramentorum certam viam omittere; unde tandem in fine illius §. loquens de dubitationibus orientibus circa materiam, vel formam; aut quod aliud ad veritatem spectans Sacramenti, aut tres maximas esse observandas; prima est; si possibilitas adest; via tutissima est eligenda; secunda est; non adest possibilitas, via tutissima proxima est eligenda; tertia est, cessante impossibilitate caute supplendum; quod impossibilitatis prohibet; Vera est igitur responsio inter arguendum facta, quod rationem sequenti partem tutiorem deduxit Scotus in eo casu specialiter ex materia Sacramentali; quoniam enim regula illa de sequendo tutiori via in dubiis sit universaliter vera, etiam in aliis materiis (exceptis casibus regulæ de duobus malis negari tamen nequit, quin specialiorum inducat obligationem in materia Sacramentorum, quae nihil admittit possunt falsitatis, nec materialiter, nec formaliter; atque ideo in eorum administratione dubia semper sunt relinquenda, & tantum certa amplectenda, ne Sacramentum exponatur periculo nullitatis, ut dicitur c. 8. §. 3. Sed instat Merenda Scotum loc. cit. non loqui de dubio tritice, quando scilicet, intellectus nulli parti assensibilis, nec loqui potest de opinante probabiliter per gravem rationem, quia opinio probabilis ob talem rationem ignorantiam culpabilem excludit, unde certum esse debet Doctorem talem

verba appellabant dubia, etiam si haberent probabilitatem; & aie in tali casu se exponere periculo sequentem opinionem probabilem, cujus contraria est probabilior.

Respondeo, iam dictum esse n. 82. neque cum dubio sic largè sumpto licere operari, quando opinio, quae reputatur probabilis, non solvit sufficienter rationes pro altera parte argentes: tunc enim talis opinio non adhaeret verum statum probabilitatis pervenit, sed potius est suspicio dicenda; Et quando etiam opinio affirmans quidam esse materiam Sacramenti sufficientem, esset verò probabilis, quia tamen Ecclesia in administratione Sacramentorum determinat partem tutiorem esse sequendam; ita observare tenemur, ne adhibita minus tuta, irreverentia irrogetur Sacramenti veritatis cum periculo iriandi illa, & ideo ad hoc periculum vitandum inquit Doct. 6. c. 1. in fine, Ecclesiam in administratione illorum adhibuisse semper modum facti, vel institutioni Christi conformem, vel promulgationi per ejus Vicarium Petrum concordandè si minister non applicat in consecratione Sacramenti materiam, & formam illam, quae à Christo instituta fuit, sed applicat aliam diversam, etiam si opinio probabilis prouderet sufficienter existimant, nihil esset, quia valor Sacramenti esse Christi Domini institutione praecise dependet, & non ex nostra opinione quantitatis probabilis. Tum quia cum sint Sacramenta omnimode veritatis, nullam possunt admittre falsitatem, nec etiam materialiter sumptam, ad honestas actiones, potest admittre falsitatem in iudicio, & malitiam in actione saltem materialiter sumptam, ut constat in operante ex ignorantia inuincibili, modo iam explicato superius num. 42. & adhuc magis explicando quest. 1. §. 2.

105 Tertio, proponit quod docet Scotus 2. dist. 35. quest. un. G. dicit, & sit tunc queritur, quomodo malitia excaecat intellectum secundum illas auctoritates; potest dici, quod excaecat dupliciter, uno modo privativè, alio modo positivè, privativè, quia avertit a consideratione recta, voluntas enim eligens oppositum alicujus recti dictati, non permittit intellectum distare in illo recto dictamine, sed avertit ipsum ab illo, & convertit ad considerandum rationes pro opposito, si possunt esse sophisticae, vel probabiles, ita Doctor, quibus postremis verbis inquit Merenda, voluit exprimerè diversitatem recti dictaminis manifestam habentis rectitudinem, & dictaminis non habentis eam admodò manifestam, ut non possit probabiliter impugnari; Cum verò ad veritatem admittant velut probabilem omnem doctrinam adhaerentem rationi probabiliterque fateri debent Scotum comprehendere eos, qui avertunt intellectum à consideratione graviorum rationum pugnantium pro malitia actus, ut insistant speculationi rationum probabilium pugnantium pro bonitate actus, quod continere peccatum aperte docet.

Respondeo hanc Scoti doctrinam etiam iuxta ipsius argumentis explicationem contra nos non urget: aliud enim est asserere posse in eisdem nos sequi opinionem miris probabilem, & tutam in concursu probabilioris, & tutioris; aliud verò posse eam sequi etiam in concursu sententiae certae, & evidenter; primum nos asserimus, non secundum eum ergo Doctor etiam iuxta arguentis expositionem exprimat ibi diversitatem recti dictaminis manifestam, & evidentem habentis rectitudinem, & dictaminis non habentis eam admodò manifestam, ut non possit probabiliter impugnari, solum hinc inferret, non licere absque peccato sequi probabilem opinionem in concursu dictaminis manifestam, & evidentem habentis rectitudinem; quod gratis concedimus nam disputatio nostra vertitur in casu, quod pro neutra parte extant rationes manifestae, & evidentes, sed solum probabiles.

106 Quarto, proponit id, quod docet Scotus 4. dist. 6. q. 8. A. dicit hanc scribit, & eadem est ratio in omnibus istis, quia talis dat operam tibi licitae, de qua te debet scire, quod sit illicita, & si nesciat, debet nullo modo exequi eam, quouique consulari peritos; per quos possit scire illam esse illicitam: ita ibi, ex quo sic arguit Merenda: si nescit esse illicitum, id, quod ex genere est tale, de his enim agit Scotus, utique id accidit ob aliquam circumstantiam, cum autem haec circumstantia possit inducere eam, & gravem rationem ad opinandum, quod in eo casu non sit illicitum: cur Scotus eum absolute condemnat, si non interrogaverit peritos, per quos possit veritatem intelligere? redargues ergo aperte magnum hanc Doctorem, si negaveris eum utrumque casum sub sua doctrina comprehendisse: A te autem quaero, cur distindè non tractaverit de levi, & gravi ratione id opinandi? nihil boni responderis, nisi quod tunc temporis habebatur pro exactione frivola à peccato, quod probabiliter credidisset, non esse peccatum d. 3. quod peccatum erat.

Resp. cum Doctor ibi agat de actu illicito ex genere suo, de quo quisque tenetur scire, quod sit illicitus; id ipso quod supponit id ab eo nesciri, loquitur de ignorantia crassa, & culpabili, nec loqui potest de opinante probabiliter per gravem rationem, quia opinio probabilis ob talem rationem ignorantiam culpabilem excludit, unde certum esse debet Doctorem talem

Alia Scoti loca explicantur.

casum excludere; Cur autem distindè non tractaverit de levi, & gravi ratione id opinandi; ratio est, non quae ab argente adducitur; sed quia loquitur de simplici, & iotia, qui nequit ex sua imperitia habere iudicium proprium determinatum conscientiae suae sine formidine alterius partem etiam ex motivo gravi; cum eius gravitatem penetrare nesciat, ut licite sequi possit opinionem minus tutam; & ideo abseque inquit, debere illum à tali operatione abstinere quouique consulari peritos, per quos scire possit eam esse illicitam; nec aliud mysterium condidit illa verba.

107 Quinto, asserte quod docet Doctor 4. dist. 9. q. un. de accedente ad Eucharistiam, dum scribit, quod tenetur te examinare secundum diligentiam nostrae fragilitatis possibilem, antequam communicare; si autem non sit negligentia crassa, puta quia praecessit examinatio sufficiens, & nullum occurat peccatum, de quo non fuerit, vel sit contritus, & confessus, non peccat communicando, licet forte aliquid lateat, vel traditum fuerit oblivioni; ita Scotus, ubi vides eum docere, ibi adesse negligentiam crassam, ubi non praecessit examinatio sufficiens, & extendit limites diligentiae necessariae usque ad possibilitatem nostrae fragilitatis; ergo declarat esse negligentiam crassam in Magistris reculantibus uti mediis inveniendis veritatis, quae parata habent, vel parare possunt; & consequenter docet culpabilem ignorantiam, si reculae veritatis ob probabilitatem, uti huiusmodi mediis, si talis probabilitas veritati non conveniat; Non est autem quod recurat ad veritatem praedicam, quia hanc deducit Scotus ex diligentia possibili iuxta nostram fragilitatem non autem ex cognitione probabilitatis.

108 Respondeo, imò ex hac Scoti doctrina clarè deduci veritatem praedicam stare posse cum falsitate speculative, hoc est cum falsitate à parte rei, quod toties inficitur arguens; quando enim praemisso diligenti examine quis communicat, ait actum esse honestum, etiam si à parte rei aliquid lateat, vel traditum fuerit oblivioni, quae est falsitas speculative, non ergo opus est, quod probabilitas semper conformetur veritati speculative à parte rei, sed sufficit, quod conformetur veritati practicae, verè enim hoc genere veritatis se communicat, & absque peccato, quod ad Eucharistiam accedit praemisso sufficienti examine, etiam si forte aliquid lateat, quod menti non occurrerit, unde gratis concedo esse negligentiam crassam in Magistris reculantibus uti mediis inveniendis veritatis, quae parata sunt, vel rare possunt hic, & nunc, quia tali diligentia non adhibita, non censetur eorum opinio ad statum probabilitatis pervenisse ut constat ex dictis n. 41. quanta autem esse debeat hec moralis diligentia in examine, ut dici possit esse iuxta verè nostrae fragilitatis, iam declaratum est n. 99. Quod autem inquit Scotum inducere praedicam veritatem iudicij diligentia possibili iuxta nostram fragilitatem, non autem ex cognitione probabilitatis, valde frivolum est quia si iudicium non pervenit ad statum probabilitatis, nisi ex praemio sufficienti examine, idem est dicere praedicam veritatem deduci ex diligentia sufficienti adhibita, & ex cognitione probabilitatis reflexa, quia hoc dependet ab illo, nec dari potest probabilitas in iudicio sine praevia sufficienti diligentia, & examine. Sed instat arguens ex Scoto 2. dist. 39. q. 2. D. dicente, quod habitus intellectus practici dicuntur boni, vel mali propter convenientiam eorum ad voluntatem, sicut est conversio voluntatis potest dici recta, vel curva propter convenientiam eius ad actum rectum vel non rectum speculationum, hinc Doctor, ex quo inferri Merenda, quod iudicium praedicum non potest separari à iudicio speculationis absque amissione suae rectitudinis.

Respondeo, etiam Scotum ibidem immediate post verba ab argente relata subdere, quod bonitas magis transmittitur ad intellectum practicum, quae speculationum, nota igitur, quod duo solent assignari actus conscientiae, unus, quod indicat aliquid faciendum esse, ut honestum, vel evitandum, ut turpe; & hinc tantum est verè practicum, quia praesens directum est 4. prolog. alter, quod indicat aliquid esse bene, vel male factum, & hic dicitur speculative, quia non dirigit ad opus, sed speculative considerat bonitatem eius, vel malitiam; & de tali actu intellectus loquitur Doctor loc. cit. cum ait voluntatem dici rectam, vel curvam propter convenientiam eius ad actum rectum, vel non rectum speculationum; ex quo patet in sensu longe diverso Scotum ibi loqui de iudicio speculative, ac nos faciamus in praesenti; ubi per iudicium speculative rectum illud intelligimus, quod conformatur obiecto virtutis, vel bonitatis obiectivae, ut habet esse in se obiectum à parte rei, & non tantum obiectivum in intellectu per iudicium autem praedicum rectum intelligimus illud, quod prouderet proponit aliquid agendum, vel non agendum, sive conformetur obiecto virtutis, ut habet esse à parte rei, sive non, nam sine tali conformitate adhuc remanet in ipso veritas practica, licet non speculative, & hoc eodem modo veritatem praedicam, ut à speculative distinguitur, explicat Ovved. tract. 5. controu. 1. q. un. §. 3. n. 22. Hardi dist. 4. c. 20. §. 1. n. 5. & alii passim.

Meld. In Secunda Sentent.

109 Sexto, arguit ex Scoto 1. dist. 17. quest. 2. ubi ait, quod bonitas moralis est integritas omnium conditionum in actu, & circumstantiarum, & hoc praecipue, ut illae conditiones dicantur à recta ratione debere in esse actu simpliciter; ergo est necessarium ad bonitatem actus moralis, quod eam praecedat dictamen completum rectum, & quod dictamen recto conformetur, tanquam mensuratum mensura, ita Doctor ex quo inferri Merenda dictamen opinionis probabiles actui non posse bonitatem praestare moralem, quia durante controversia de honestate actus, eaque pendente, non potest tale dictamen dici completum; debet etiam esse dictamen rectae rationis, at tale nequit esse dictamen opinionis probabiles, cum indifferenter le habeat ad verum, & falsum. Confirmat ex eo quod habet qu. 2. prolog. sub A. ubi ait, quae assertiones non videntur fuisse sine mendacio, si assertens non fuerit certus, quia assertens dum, vel dicit mendacium, vel non longè à mendacio; ex quo inferri Scotum docere, quod asserere non liceat esse securum operari id, quod habet controversiam rectitudinem, nisi ex principio superiori certo assertio accipiat certitudinem.

110 Respondeo negando consequentiam; non enim in sensu arguentis inquit Doctor ibi dictamen ad bonitatem actus moralis requisitum esse debere completum, led in sensu, quem ipsemet declarat lit. P. quatenus ut actus dicatur moraliter bonus, debet esse conformis ad rationem rectam plenè dictamen de circumstantiis omnibus debitis illius actus, ita quod fit proportionatus ad potentiam, ad obiectum, ad tempus, ad finem, ad locum, ad modum &c. in hoc inquam, planissimo sensu ait dictamen rectae rationis esse debere completum, quod si debere esse completum in sensu arguentis, ita scilicet, ut nullam admittat controversiam de honestate actus, quod dicitur: tunc non tantum dictamen iuxta probabilem non esset completum, sed nec etiam dictamen iuxta probabiliorum, quia & haec adversantem habet aliam probabilem: & cum ait esse debere dictamen rectae rationis, quod convenire nequit probabili; iam ipse dictum est, id debere intelligi de recta ratione practica, non autem semper speculative; alioquin argumentum urgeret etiam contra probabiliorum, quae etiam ex genere suo indifferens est ad verum, & falsum.

Ad Confir. Scoti ubi loquitur de articulis fidei in Sacra Scriptura revelatis, & ideo loquitur de certitudine si dei divinae, quae longè maior est certitudine moralis, quam acquirimus ex opinione magis, vel minus probabili; & ideo inquit, quod assertiones illae non videntur fuisse sine mendacio, si Prophetae, vel Apostoli eas asserentes, non fuissent certi de illarum revelatione immediate à Deo accepta; quia asserere dubium, tanquam de fide certum, vel est mendacium, vel non longè à mendacio: Quomodo autem ex hoc sequatur, quod asserere non possim, tanquam probabile, id quod habet controversiam rectitudinem, plane non video; licet enim durante controversia, non possim illud asserere, ut in se verum, vel ut verum de fide absque mendacio, possum tamen illud asserere, ut probabile, alioquin idem quoque argumentum urgeret contra probabiliorum, ac etiam ut certum certitudinem morali, de qua hic est sermo.

111 Septimo, asserte quod docet Doctor 4. dist. 17. q. un. G. dicens, quod ubi via est facilior, id est, magis in potestate hominis, & certior ad gratiam recuperandam; tenetur quilibet ad illam viam, ita quod omnia illa non atente: aliam difficiliorum, & incertiorum, & quia tunc se exponeret periculo salutis suae, & videretur esse contemptor propriae salutis; ita Scot. ergo dicit Scotus ad gratiam recuperandam, dicendum erit ad gratiam conservandam, quod in operando fidei debet faciliorem, & certiorum, dimittendo difficiliorum, & incertiorum, alioquin oppositum faciendo, videretur contemptor propriae salutis. Confirmat ex eo, quod docet 4. dist. 15. quest. 4. H. ubi ait bonarum mentium esse culpam agnoscere ubi culpa non est, dist. 5. Ad ejus, & intulatur Gregorius, & ideo multò magis, ubi dubitatur, an sit culpa, & qualis culpa bona mentis est culpam agnoscere, & ideo in tali casu tunc est post talem negationem penitere indiffinè de hoc, tanquam de tali, quale est, utpote sub tali indiffinè, si morale, tanquam de mortali, si veniale, tanquam de veniali; ita Scotus si accipias dubium rigorosè, hoc est, aequilibre, secundum Scotum non est tutum probare id, quod dubitatur de existentia peccati; ut autem id accidat, satis est, quod aequilibre sit pondus motivorum utriusque: Quod si dicas probabilitatem removere periculum: tum erit id ostendere de mente Scoti, quia verba eius id significare non possunt, nec ipse talem unquam virtutem probabilitatis tribuere videretur.